at *Cartagena*, and the Sickness in consequence was so general in that City, that Mass was celebrated only in one of their Churches.

X. Declinationes quarumdam *Stellarum Australium* primæ et secundæ magnitudinis, mense *Junio* 1738. cum methodo inveniendi horam in mari noctu, ex aspectu *Crucis australis*; per Dn. *de la Condamine*, Reg. Societ. *Londin.* & *Acad. Reg. Scient. Paris. Socium.*

Read May 11. 1749

Hæ declinationes erutæ sunt ex variis observationibus habitis e quadrante tripedali, mensibus Junii annorum 1737, 1738, *et sequentium*, Quiti *in America in latitudine* 0° 13′ 16″ *australi, in loco scilicet* 11 *minutis secundis magis ad austrum sito, ac locus observationis solstitiorum Dec.* 1736, *et Junii* 1737, *cujus latitudinem in commentariolo meo de distantia tropicorum observata jampridem statueram.*

Notandum est præterea me in calculandis hisce declinationibus usum fuisse tabula refractionum Petri Bouguer *pro altitudine Soli Quitiensis quæ in commentariis Reg. Scient. Acad. pro anno* 1738 *inserta est.*

	°	′	″
In navi *Argo* α *Canopus*. Stella primæ magnitudinis, et maxima fixarum uno Sirio excepto . .	52	34	16

The Royal Society is collaborating with JSTOR to digitize, preserve, and extend access to *Philosophical Transactions (1683-1775).* www.jstor.org

	°	′	″
Quæ in brachio præcedenti ſeu occidentali *Crucis Auſtralis* (*Bayero* γ) magnitudinis mediæ inter ſecundam et tertiam.	57	17	32
ζ in pede *Crucis* ſtella, quæ Polo auſtrali maxime vicina eſt e quatuor ſtellis quibus crux conſtat, teleſcopio viſa duplex apparet, nudo oculo ſimplex, et primæ magnitudinis . . .	61	38	57
Quæ in vertice *Crucis* ε maxime *B* borealis ſecundæ magnitudinis, in brachio ſequenti ξ ſecundæ magnitudiuis .	58	15	5
In pede *Centauri* præcedenti ſeu occidentali γ primæ magnitudinis . .	59	5	35
In pede ſequenti *Centauri* α primæ magnitudinis	59	44	56

Jampridem *Panamæ* obſervantes menſe *Januario anni* 1736. animadverteramus repetitis vicibus addenda duo minuta prima circiter declinationi ſtellæ *Canopi* in *Catalogo Britannico*, ut latitudo loci ex obſervationibus prædictæ ſtellæ illata cum latitudine ex altitudinibus ſolis collecta conveniret; quæ quidem annotatio omnibus ſubſequentibus obſervationibus fuit confirmata, iiſque nominatim quibus innititur antecedens *Canopi* declinatio; e quibus colligitur major duobus minutis primis, et duobus ſecundis, ea, quæ ex catalogo *Britannico* eruitur.

Hæ omnes ſtellæ, de quibus ſupra, lucidiſſimæ ſunt, omniumque maxime ſpectabiles in hemiſphœrio auſtrali inter eas quæ in *Europa* non conſpiciuntur.

In

In plerisque planisphæriis varie repræsentatur Crux australis, cujus situs, in his a Borea ad Austrum, in aliis ab *Euro-Borea* (N. E.) ad *Austro-Zephyrum* (S. O.) dirigitur. Carta cœlestis partis cœli australis *Ignatii Pardies* schema Crucis australis exhibet duplex, unum scilicet in illa, alterum in hac directione, quarum prior vera est.

Crux itaque australis, cum in meridiano versatur, recta apparet, id est, horizonti perpendicularis, ideoque absque errore sensibili nautis inservire potest ad horam inveniendam, cognita differentia temporis inter transitum ipsius per meridianum ac solis, methodo sequenti ad praxim nautis facilem accommodata.

Ex repetitis observationibus ad annum præsentem 1749. redactis, colligo, quatuor minuta prima cum dimidio circiter interesse inter mediationem stellarum ζ et ε in pede et capite Crucis australis, prioremque appellere ad meridianum minutis fere 13, postquam in boreali hemisphærio culminavit primum arietis punctum. Ex tabula igitur mediationis primi puncti arietis, qualem exhibet libellus qui singulis annis prodit in lucem sub titulo *Notitia Temporum* (*Connoissance des Tems*) hora vera noctu in mari facillime obtinebitur ex aspectu Crucis australis, attendendo qua hora Crux videbitur recta, et horizonti perpendicularis, seu potius, quando per tempus licuerit, filo, vel funiculo, appenso, pondere verticaliter tenso, et ex manu suspenso, observando illud momentum quo stellæ ζ in pede, et α in capite *Crucis australis* hinc et hinc a perpendiculo æqualiter distare videbuntur. Hæc ex parte orientali, illa ex occidentali; nempe quo temporis puncto hæc fili positio obtinebit, vix uno minuto errabit in hora vera, addendo 15 minuta primæ,

prima, horæ mediationis primi puncti arietis, quæ ex prædicta tabula, emendata meridianorum calculatoris et obſervatoris differentia, concludetur.

Stella ζ in pede Crucis ideo maxima inter quatuor apparet, quod nudo oculo viſa coaleſcit cum altera exigua, quæ quatuor aut quinque minutis ſecundis poſt illam appellit ad meridianum, quæque teleſcopio obſervato auſtralior eſt minuto cum 31 ſecundis; diſtantia micrometro menſurata.

Pes ſequens ſive orientalior *Centauri* α, ſtella primæ quoque magnitudinis, quæ capellam videtur æmulari, imo fulgore et magnitudine ſuperare, etiam duplex eſt, conſtatque duabus ſtellis, quarum minor e majoris ſinu emergere vix notatur optimo teleſcopio tripedali. Hæc etiam illa borealior eſt, ac paulo auſtralior.

Ludovicus Feuilleus, qui unam et alteram teleſcopio 18 pedum obſervavit, majorem tertiæ, minorem quartæ magnitudinis ſtatuit, quod propriis obſervationibus confirmare mihi non licuit; ſed perperam idem auctor pedem *Centauri* in quo hæ duæ ſtellæ unitæ conſpiciuntur, Borealem nuncupat. Obſervata ab ipſo *Feuilleo* anno 1710. die *Feb.* 26, in civitate *Conceptionis Chilenſis* ejuſdem ſtellæ declinatione, quam 39 minutis majorem alterius pedis declinatione ſtatuit.